1516 18 Genaro

Morbio 24 (109)

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

In Nomine Domini Anno a Nativitate Eiusdem Millesimo quingentesimo sextodecimo Indictione quarta die lune vigesimooctavo mensis Januarij Dominus Bernardinus de
scottis filius quondam domini Beltrami porte nove parochie sancti victoris et quadraginta martirum mediolani suo nomine proprio et tanquam heres testamentarius insolidum domini Johannis fratris
sui per instrumentum testamenti rogatum per Simonem de fagnano notarium mediolani anno et die in eo contentis Investivit et Investit nomine locationis et ficti ad benefaciendum meliorandum et non
peyorandum Antonium de verderio filium quondam petri habitatorem in loco de opreno plebis vicomercati ducatus mediolani suo nomine proprio et nomine et vice et ad partem et utilitatem Juliani de
vederio fratris sui pro quo promissit sub obligatione sui ut infra pignori ut infra de ratto habendo et quod perpetuo faciet et curabit cum effectu quod ipse Julianus presens instrumentum et contenta in eo habebit
ratum gratum et firmum et ratta grata et firma et nullo tempore contrafaciet nec veniet aliqua ratione nec causa de iure nec de facto sub refectione et restitutione omnium expensarum damnorum
et interesse littis et extra et Antoninum de vederio filium et procuratorem et procuratorio nomine suprascripti Juliani per instrumentum procure rogatum per Jo. franciscum de lanzis de vaprio notarium die sabbati proxime
preterita seu anno et die in eo contentis et Franceschinum de vederio filium quondam xpofori habitantem in suprascripto loco de oppreno suo nomine proprio et nomine et vice et ad partem et utilitatem Petri et filippi fratrum suorum
de vederio pro quibus promissit sub obligatione sui ut infra de ratto habendo presens instrumentum ut supra pignori ut infra ibi presentes ac sese suis et dictis nominibus stipulantes et recipientes ac sese investientes et
obligantes insolidum ut infra et protestantes sese esse ad possessionem et tenutam dictorum et infrascriptorum bonorum nomine et ad instantiam dicti domini Bernardini locatoris ibi presentis et stipulantis
Nominative de sedimine uno sito dicto loco de oppreno quod est cum suis hedefitijs cameris caminatis stalla cassinis orto curte putheo furno et alijs suis iuribus et pertinentijs reservatis locis prefati
domini locatoris que vero bona reservata sunt hec videlicet canepa una stalla una desubtus et coquina una Item cameris duabus in solario cum lobieta una que omnia bona reservata sunt in dicto sedimine
et non comprehenduntur in presenti investitura cui sedimini coheret aduabus partibus strata ab alia domini Jo. filippi de suycho et ab alia prefati domini locatoris Item de petia una terre vinee site in territorio 1
suprascripti loci de oppreno ubi dicitur ad campum magnum pertice septuagintaquinque per iustam mensuram cui coheret aduabus partibus strata ab alia similiter strata et ab alia domini Baptiste de panigarolis Item de 2
75 petia una terre vinee sita ut supra ubi dicitur ad roxetam perticarum quatuor et tabularum tredecim per iustam mensuram cui coheret ab una parte strata ab alia heredum domini Bonifatij de lacecha
petia una terre vinee sita ut supra ubi dicitur ad roxetam perticarum quatuor et tabularum tredecim per iustam mensuram cui coheret ab una parte strata ab alia heredum domini Bonifatij de lacecha 3
ab alia heredum magnifici comitis ottonis de mandello et ab alia heredum suprascripti domini Bonifatij Item de petia una terre vinee site ut supra ubi dicitur ad Camarata perticarum viginti et tabularum duarum 4
per iustam mensuram cui coheret atribus partibus strata et ab alia fratris de soppa Item de petia una terre campi sita ut supra ubi dicitur ad campum rivale perticarum octo et tabularum quinque per iustam 5
mensura cui coheret ab una parte domini Bernardini de lacecha ab alia domini Baptiste de panigarolis ab alia heredum domine Anne de tignosijs et ab alia ecclesie suprascripti loci de oppreno Item de petia una
terre campi sita ut supra ubi dicitur ad castriam perticarum viginti et tabularum decemnovem per iustam mensuram cui coheret ab una parte domini Jacobi de alessia ab alia inparte heredum prefati
comitis ottonis et inparte domine Druxiane de zapellis ab alia strata inparte et inparte suprascripti domini Jacobi de alexia inparte domini Baptiste de panigarolis et inparte bona ecclesie de vicomerchato 6
Item de petia una terre vinee sita ut supra ubi dicitur ad senterium de monte de supra perticarum viginti quatuor et tabularum decem septem per iustam mensuram cui coheret ab una parte strata
ab alia prefati domini locatoris ab alia similiter prefati domini locatoris et ab alia Johannis et gadini fratrum de marchexijs Item de petia una terre vinee sita ut supra ubi dicitur ad senterium de 7
21 monte de subtus perticarum viginti unius et tabularum quatuor per iustam mensuram cui coheret aduabus partibus strata ab alia domini Bernardini de lacecha et ab alia heredum domini Antonij de zapellis 8
88 Item de petia una terre partim vinee et partim campi sita ut supra ubi dicitur ad soltinam perticarum octuaginta octo et tabularum octo per iustam mensuram cui coheret aduabus partibus strata in
parte et inparte domini Bonifacij de tignosijs ab alia inparte domini herculis de dugnano et inparte monialium de sancto novo et ab alia prefati domini locatoris Item de petia una terre vinee sita 9
30 ut supra ubi dicitur ad ronchum perticarum triginta et tabularum novem per iustam mensuram cui coheret ab una parte strata ab alia suprascriptorum Johannis et gadini fratrum de marchexijs et ab alijs prefati 10
78 domini locatoris Item de petia una terre campi sita ut supra ubi dicitur ad quastas perticarum septuaginta per iustam mensuram cui coheret aduabus partibus strata ab alia domini Jo. filippi de suycho 11
et ab alia inparte prefati domini herculis et inparte prefati domini locatoris Item de petia una terre seu pluribus petie terrarum simul se tenentibus sitarum ut supra ubi dicitur ad ronchum et ad senterium
de monte de supra perticarum in summa centum octo per iustam mensuram quibus petijs simul se tenentibus sitis ut supra coheret ab una parte strata ab alia inparte strata et inparte fratris
de soppa ab alia Jo. petri de vicomercato inparte et inparte dominarum monialium sancti Apolinaris mediolani et ab alia inparte strata inparte heredum suprascripti comitis et inparte ecclesie sancti
michaelis de oppreno et inparte prefatarum dominarum monialium de sancto novo Salvo errore coherentiarum si quis adest Item de omnibus suis iuribus accessibus vijs victibus
utilitatibus et comoditatibus ingressibus et regressibus ipsis bonis et iuribus ut supra locatis et ipsi domino locatori pro eo et eius occaxione quoquomodo et iure competentibus pertinentibus et
spectantibus ac adiacentibus Eo tenore quod a festo sancti Martini proxime preterito citra et inantea usque ad annos novem proxime futuros et deinde in antea donec utrique parti
placuerit prefati conductores ut supra habeant teneant et titulo huius locationis gaudeant et possideant predicta bona et iura ut supra locata et de eis et in eis fatiant et facere possint
et valeant quicquid natura et ordo similis locationis postulant et requirunt meliorando tamen semper et non peyorando Dando et solvendo et quod dare et solvere teneantur et debeant
ac obligati sint dicti conductores prefato domino locatori omni anno durante presenti locatione pro ficto prefatarum perticarum novem petiarum terre cum suprascripto sedimine ad computum modiorum decemocto
furmenti modiorum decemocto sicalis et modiorum decem milij bonorum sichorum et marcantesorum et medietatem vini et aliorum fructuum abrochis dictarum novem petiarum terre ut supra locatarum
Item paria tria caponorum bonorum et suficientium Item soldatas sex ovorum galine solvendo dictum fictum videlicet furmentum et sichalem in festo sancti Laurentij cuiuslibet anni milium in festo sancti
michaelis cuiuslibet anni capones in festo sancti Martini cuiuslibet anni ova in festo pasce resurrectionis domini nostri yhesu xpi cuiuslibet anni vinum et alios fructus tempore recolectorum eorum et
similiter cuiuslibet anni consignando videlicet blada in solario et vinum in canepa videlicet in domo dicti domini locatoris sita in dicto loco de oppreno omni anno presenti locatione durante et pro ficto omni anno
reliquarum petiarum terre seu bonorum ad computum librarum centum quadraginta septem imperialium monete mediolani currentis et modiorum sex furmenti et modiorum trium sichalis bonorum sichorum et marcantesorum
Item paria duo caponorum bonorum ut supra solvendo videlicet denarios ad festum sancti Martini finis cuiuslibet anni furmentum et sichalem ad festum sancti Laurentij cuiuslibet anni et capones in festo
sancti Martini finis cuiuslibet anni consignando predictum furmentum et sichalem in domo dicti domini locatoris sita in dicto loco de oppreno et capones ad domum habitationis prefati domini locatoris
sita ut supra eorum conductorum proprijs expensis Cum omnibus expensis damnis et interesse que proinde fierent et paterent seu et substinerentur pro predicto ficto petendo exigendo consequendo et
habendo vel ab alio mutuo recipiendo aliquo termino solvendi ut supra elapso Pacto speciali aposito inter dictos contrahentes ut supra et solemni stipulatione valato in principio medio et
fine huius contractus et per totum hunc contractum et in qualibet sui parte videlicet quod dicti conductores non possint dicta bona ut supra locata nec partem eorum afictare alicui alij persone sine speciali
licentia suprascripti domini Bernardini locatoris aliquin cadant a presenti instrumento et contentis in eo Et hoc si placuerit prefato domino locatori et non aliter nec alio modo Et nichilominus dicti conductores teneantur ad
ad solutionem ficti totius temporis preteriti non soluti Item Pacto aposito ut supra quod dicti conductores teneantur et obligati sint omni anno ordinare vittes et arbores dictorum bonorum ut supra locatorum
temporibus debitis secundum consuetudinem dicti loci de oppreno Item Pacto aposito ut supra quod dicti conductores teneantur et obligati sint plantare et refirare omnes vittes et gabas deficientes
et que contingent defici de anno in annum existentes in dictis bonis ut supra locatis et reducere eas vittes ad vinum toto suo posse et ipse dominus Bernardinus teneatur et obligatus sit in fine presentis
locationis solvere suprascriptis conductoribus ipsas vittes iusta extimationem fiendam per unum seu duos amicos comunes eligendos per dictos contrahentes Item Pacto aposito ut supra quod dicti conductores teneantur
et obligati sint consignare in mediolano in domo habitationis prefati domini locatoris brentas vigintiquatuor vini eorum conductorum proprijs expensis respectu suprascripte victure Item Pacto aposito ut supra quod si
continget mori aliquas plantas seu arbores dictorum bonorum ut supra locatorum quod dicti conductores teneantur et obligati sint eas et eos extirpare et taliare eorum conductorum proprijs expensis et dare
et consignare prefato domino locatori medietatem dictorum lignaminum in dicto loco de oppreno et in eius domo et aliam medietatem dictorum lignaminum sit et esse debeat dictorum conductorum et item
ipsi conductores teneantur plantare de alijs loco dictorum mortuorum eorum conductorum proprijs expensis et eos alevare toto suo posse Item Pacto aposito ut supra quod dicti conductores teneantur et obligati
sint dimittere gabas et cesias in illis statu et gradu prout fatiunt et soliti sunt facere alij massarij suprascripti loci de oppreno ut supra Quare dictus dominus Bernardinus locator parte una et suprascripti
conductores presentes suis et dictis modis et nominibus ut supra et insolidum ita quod insolidum teneantur ~~teneantur~~ et cum effectu conveniri possint de toto et primo loco Renuntiando illis duabus constitutionibus
quarum una cavetur quod prius conveniatur principalis debitor quam fideiussor altera vero cavetur quod neguis ex reys insolidum conveniatur si alter fuerit presens et solvendo et auxilio epistole
divi adriani et omni alij iuri et auxilio rurus et legis iuris et facti quos et quibus melius sese tueri vel iuvari possent quomodolibet in futurum parte altera promiserunt et promittunt obligando
sese suis et dictis nominibus et insolidum ac vicissim et ad invicem et omnia sua vicissim et ad invicem suis et dictis nominibus et insolidum ut supra bona et iura presentia et futura et omnia
ea que de iure non comprehenduntur in obligatione generali pignori sibi vicissim et ad invicem ibi presentibus et vicissim et ad invicem suis et dictis nominibus et insolidum ut supra stipulantibus
et recipientibus predicta omnia et singula attendere observare adimplere et executioni mandare et ratta grata et firma habere et tenere et nullo tempore contrafacere nec venire aliqua ratione
nec causa de iure nec de facto Et ulterius quod ipsi conductores Ita tamen quod unica solutio suficiat dabunt et solvent ac consignabunt prefato domino locatori dictum fictum et penditas ut supra
omni anno durante presenti locatione Et finita presenti locatione dicti conductores reddent et restituent ac rellassabunt prefato domino locatori predicta bona et iura ut supra locata et possessionem
et tenutam eorum vachua et expedita et anemine occupata Renuntiando ipse partes contrahentes ut supra et utraque earum exceptioni non celebrati huiusmodi instrumenti contractus et non apositorum dictorum
pactorum taliter ut supra et predictorum et infrascriptorum omnium et singulorum non ita et taliter actorum et factorum omnique probationi et deffenssioni in contrarium Que omnia et singula suprascripta fecerunt et
faciunt suprascripti conductores presentes suis et dictis modis et nominibus et insolidum ut supra ita quod ad predicta omnia et singula possint semper et omni tempore ubique et in quaque parte terrarum
realiter et personaliter insolidum conveniri si agi contingerit occaxione predictorum licet ibi non esset suum proprium domicilium quolibet die feriato et non feriato et non obstantibus ferijs nec dillationibus
causarum nec aliquo interdicto earum Et constituerunt sese suis et dictis nominibus et insolidum ut supra et omnia sua suis et dictis modis et nominibus quibus supra et insolidum bona et iura presentia et futura
et ut supra iure pignoris nomine suprascripti locatoris et pro eo tenere et possidere ita quod eidem domino locatori liceat et licitum sit ubique invenerit de bonis et rebus predictorum conductorum et eorum heredum ea et eas per
eum accipere robare saxire sequestrari occupare capere detinere in possessione intrare vendere et alienare et insolutum et decipere et retinere sua auctoritate propria absque nuntio iusdicentis et
sine banno et servitore vel alia quentione usque ad plenam et completam solutionem et integram satisfactionem omnium predictorum et totius eius de et pro quo agi contingerit eorumque expensarum damnorum et
interesse littis et extra Et ob hoc non intelligatur eisdem conductoribus vim nec violentiam factam esse nec fieri Actum in domo habitationis prefati domini Bernardini locatoris sita ut supra presentibus
Baptista de burris filio mei notarij infrascripti porte ticinensis parochie sancti Michaelis ad clusam mediolani et Bartolomeo recalchado filio domini Caroli porte ticinensis parochie sancte Eufomie intus mediolani ambobus
notarijs et pronotarijs Interfuerunt ibi testes Jacobus de tacoio filius quondam domini petri habitans in loco de brusso plebis brugorij ducatus mediolani paulus de vaylate filius quondam Jnnini habitans in loco
de inorigario curie Modoetie ducatus mediolani notis et dominus presbiter Bernardinus de rozijs filius quondam Martini porte nove parochie sancti victoris et quadraginta Martirum Mediolani omnes
idonei vocati et Rogati

Ego franciscus de Lurecis filius quondam domini Raynaldi notarius publicus Civitatis mediolani porte ticinensis parochie
sancti michaelis ad Clusam mediolani rogatus tradidi et subscripsi

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1870214285-16/fragment/page=0001

ORENO.

XXIX, 186 6

Fratres de Verderio 1516 Jan. 28